

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Vitrvii ... De architectvra libri decem

**Vitruvius
Frontinus, Sextus Iulius**

Argentorati, 1543

Cap. VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-128539](#)

DE arenae copijs cum habeatur explicatum, tum etiam de calce diligentia est adhibenda, uti de albo saxe, aut silice coquatur, & que erit ex spissso & duriore, erit utilior structura, que autem ex fistulo in tectorijs. Cum ea erit extincta, tunc materie ita misceatur, ut si erit foſtitia, tres arenae & una calcis confundantur. Si autem fluuiatica aut marina, duæ arenae in unam calcis coniificantur: ita enim erit iusta ratio mixtionis temperaturæ. Etiam in fluuiatica aut marina, si quis testam tusam & succretam ex tertia parte adiecerit, efficiet materię temperaturam ad usum meliorem. Quare autem cum recipit aquam & arenam calx, tunc confirmat structuram: hæc esse causa uidetur, quod è principijs uti cetera corpora, ita & saxa sunt temperata, & que plus habent aeris, sunt tenera; que aque, lenta sunt ab humore, que terræ, dura, que ignis, fragiliora. Itaq; ex his saxa si antequam coquuntur, contusa minime mixtaq; arenae coniificantur in structuram, nec solidae sunt, nec eam poterunt continere: cum uero coniecta in fornacem ignis uelamentis ferore correpta, amiserint pristinæ soliditatis virtutem, tunc exustis atq; exhaustis eorum uiribus relinquuntur patentibus foraminibus & inanibus. Ergo liquor, qui est in eius lapidis corpore, & aer cum exhaustus & expius fuerit, habueritq; in se residuum calorem latenter, intinctus in aqua priusquam exeat ignis, uim recipit, & humore penetrante in foraminum raritates conseruescit, & ita refrigeratus reicit ex calcis corpore seruem. Ideo autem quo pondere saxa coniificantur in fornace, cum eximuntur, non possunt ad id respondere: sed cum expenduntur, eadem magnitudine permanente, excocto liquore circiter tertia parte ponderis immunita esse inueniuntur. Igitur cum patent foramina corum & raritates, arena mixtionem in se corripiunt, & ita cohærescant, sic secundog; cum cementis coquunt, & efficiunt structurarum soliditatem.

DE PULVERE PVTEOLANO. C A P. VI.

EST etiam genus pulueris, quod efficit naturaliter res admirandas. Nascitur in regionibus Baianis, et in agris municipiorum, quæ sunt circa

circa Vesuvium montem, quod commixtum cum calce & cemento, non Vesuuus
 modo cæteris ædificijs præstat firmitates, sed etiam moles quæ construunt mons.
 tur in mari, sub aqua solidescunt. Hoc autem fieri hac ratione uidetur,
 quod sub his montibus & terra, feruentes sunt fontes crebri, qui non esse Feruentes
 sent, si non in imo haberent aut de sulphure, aut alumine, aut bitumine ar fontes.
 dentes maximos ignes, igitur penitus ignis & flammæ uapor per interue
 nia permanans & ardens, efficit leuem eam terram, & ibi qui nascitur
 topbus exuggens est, & sine liquore. Ergo cum tres res consimili ratioⁿ Tophus.
 ne, ignis uehementia formate, in unam peruerenter mixtionem, repente
 recepto liquore una coherescunt, et celeriter humore duratæ solidantur,
 neq; eas fluctus, neq; uis aquæ potest dissoluere. Ardores autem esse in
 his locis etiam hæc res potest indicare, quod in mōtibus Cumanorum &
 Baianis sunt loca sudationibus excavata, in quibus uapor feruidus ab imo
 nascens, ignis uehementia perforat eam terram, per eamq; manando in
 his locis oritur, & ita sudationum egregias efficit utilitates. Non minus
 etiam memoratur antiquitus creuisse ardores & abundauisse sub Vesu
 uio monte: & inde euomuisse circa agros flammā, Ideoq; nūc qui spogia
 siue pumex pompeianus uocatur, excollitus ex alio genere lapidis, in hanc Pumex
 redactus esse uidetur generis qualitatem. Id autem genus spongie, quod pompeia
 inde eximitur, nō in omnibus locis nascitur, nisi circum Aetnam & colli= nus.
 bus Mysiae, qui à græcis κατοκεναμενοι nominantur, et siquæ eiuscemo
 di sunt locorum proprietates. Si ergo in his locis aquarum feruentes in=
 tenuiuntur fontes, & in montibus excavatis calidi uapores, ipsaq; loca ab
 antiquis memorantur peruagantes in agris habuisse ardores, uidetur es= se certum ab ignis uehementia ex topo terræ, quemadmodum in for= nacibus & à calce) ita ex his erectum esse liquorem. Igitur dissimilibus & disparibus rebus correptis & in unam potestatem collatis, calida hu= moris ieiunitas aqua repente satiata communibus corporibus latenti ca= lone conseruescit, & uehementer efficit ea coire, celeriter q; una solidita= tis percipere uirtutem. Relinquetur desideratio, quoniam ita sunt in Hetruria.
 ria ex aqua calida crebri fontes: quid ita, non etiam ibi nascitur puluis, è quo eadē ratione sub aqua structura solidescat? Itaq; uisum est antequam desideraretur de his rebus quemadmodum esse uideantur exponere. Om= nibus locis & regionibus non eadem genera terræ, nec lapides nascun=

F 3 tur, sed.

tur, sed nonnulla sunt terrosa, alia fabulosa, itemq; glareosa, alijs loci
arenosa: nec minus alijs diuersa et omnino dissimili dispariq; genere, ut in
regionū uarietatibus qualitates insunt in terra. Maxime autem id licet
considerare, quod qua mons Apenninus regiones Italiae Hetrurie q; circus
cingit, prope omnibus locis non desunt fossilia arenaria: trans Apenni-

Mons A- num uero, que pars est ad Adriaticum mare, nulla inueniuntur, itē Achaea
penninus. ia, Asia & omnino trans mare, ne nominantur quidem. Igitur non in an
Achaia. nibus locis quibus efferuent aquae calidae crebri fontes, eadem oportuni
tates possunt similiter concurrere. Sed omnia uti naturarerum constitua
it, non ad uoluntatem hominum, sed fortuito disparate procreantur. Er
go quibus locis non sunt terrosi montes, sed dispositæ materiæ qualita
tem habentes, ignis uis per eius uenas egrediës adurit eam, & quod mol
le est & tenerum, exurit, quod autem asperū, relinquit, itaq; uti in Cam

Carbuncu pania exusta terra puluis, sic in Hetruria excocta materia efficiunt Carbo
luss. culus. Vtracq; autem sunt egregia instructuris, sed alia in terrenis adi-
cijis, alia etiam in maritimis molibus habent uirtutem. Est autem ibi mate
ria potestas mollior quam tophus, solidior quam terra, quo penitus ob
imo uehementia uaporis adusto nonnullis locis, procreatur id genus aru
ne, quod dicitur Carbunculus.

Pallientes:

Fidenates:

Albane.

Tyburia.

Amiterni-

næ.

Soractine.

Scilice.

Umbria.

Picenum.

Venetia.

DE LAPICIDINIS. C A P. VII.

D E calce & arena quibus uarietatibus sint, & quas habeant uirtu
tes dixi, sequitur ordo de lapicidinis explicare, de quibus & qua
drata saxa, & cementorum ad ædificia eximuntur copiae & compara
tur. Hæ autem inueniuntur esse disparibus et dissimilibus uirtutibus. Sunt
enim aliae molles, uti sunt circa urbem rubra, Pallientes, Fidenates, Alba
Soractinae: aliae temperatae, uti Tyburninae, Amiterninae, Soractine, & que sunt
Scilicet. his generibus: nonnullæ dure, uti Scilicet. Sunt etiam alia genera plura,
Umbria. uti in Campania ruber & niger tophus, in Umbria & Piceno & Venetia
albus, qui etiam serra dentata uti lignum, secatur. Sed hæc omnia qua
mollia sunt, hanc habent utilitatem, quod ex his saxa cum sunt exempla
non opere facilime tractantur, et si sint in locis teclis, sustinent laborem
sunt autem in apertis & patenibus, gelidijs & pruinis congesta, friam

770